

Nec abludit ab his SCORPIO-
DES Rondeletii sic dictus, quod ca-
pitis forma Scorpioni marino similis
sit, totidemque supra oculos apophy-
ses licet molles habeat. Galli *Lepo-
rem marinum*, quia rostrum terreni
leporis περιτομήν sive *scissura* admo-
dum simile habet, nuncupant. Differt

a Scorpio dentibus, quos ferratos
quidem habet, sed tenues et densos
admodum, et in superiore maxilla
duos exertos, ab eodem et Galerita
pinnae dorsi magnitudine, duabusque
eiusdem pinnae nigris maculis distin-
guitur. Littoralis est, mucro vescu-
tur et aqua.

TITVLVS III.

DE PISCIBVS MARINIS LITTORALIBVS.

CAPVT I.

De Squammosis non planis.

ARTICVLVS I.

De Mullo.

TAB. XVII.
5. 6.

TAB. XVIII.
4.

Plin. H. N.
l. 9. c. 17.

Oppian.
Halieut. l. 1.
v. 590.

Non minus bene primum *Mullo*
inter littorales pisces locum
dari, quam Scarus inter saxa-
tiles datus est, inferius patebit. *No-
men* apud Latinos non tam a mulleo-
rum colore, (calcei erant, quibus
priores Albanorum Reges, postea pa-
tricii usi sunt) quod Fenestellae teste
Plinio placet; quam a mollitie inue-
nit. Servitutis est indignatissimus,
ut Columella loquitur, et in pisci-
nis nihil vel parum saltem crescit.
Graecis τρίγλη non τρίγλα et τριγλῖς
quod de foemina sumendum est, quod
ter pariat. Hinc Oppianus τριγόνου-
σιν ἐπώνυμος γονῆσι dicit; vocatur.
Cretensium vox Στριγλημπαρπώνου ex
Graeca et Veneta composita est. An
γενίωται dicantur, quod Hesychius in-
nuere videtur, cum Triglas Graeci
γενεάτιδας cognominent, in medio re-
linquo.

Duo ipsorum sunt genera. Alii sunt
Barbati, quos γενεάτιδας vocant, qui-
que sola succi bonitate, siquidem alii
alga, alii carne vescuntur, differunt.
Vnde *Lutarii* apud Plinium nomen.
Imberbes alii, quos quidam ἀπογώνες,
τριγόλας Sophron, et quidem, ὀμφα-
λοτόμες, quod umbilicus podexve
aut magis quam aliis congeneribus
patet, aut minus rotundus est; εὐδιαίτες,
quod in summo mari natantes tran-
quillitatem promittant, nuncupat.
Dari tales Salvianus negat, nullum
aliud ex veteribus ejus meminisse,

perperam praetendens. Xenocra-
tes enim saxatilem barba destitui in-
nuere videtur, dum pelagium de-
scribit. Mullaistros recte dixeris,
quorum alium imberbem, alterum a
squammis asperum Rondeletius fa-
cit. Figurae est totus oblongiuscu-
lae, magnitudinis mediocris; binas
libras raro exuperare, apud Plinium
habetur, quadrilibris Seneca, sex li-
brarum Juvenalis meminere. Si
verum est octoginta librarum in mari
rubro captum, ut Lucius Mutianus
apud Plinium prodidit. Alterius is
generis fuerit necesse est, dorso re-
pando, unde κύφας gibbosas Epichar-
mus in nuptiis Hebes dixit, ventre
plano albicante, caetera purpureo,
hinc ῥοδόχρεα φύλα Mullorum apud
Oppianum. Matronus Parodus μιλτο-
πάρενον colore miniaceo fecit. *Squam-
mis* magnis, tenuibus, ferratis, obli-
quo situ dispositis, facile ut apparet
deciduis, robustis tamen. (Tiberius
piscatori sibi secreto agenti insignem
adferenti Mullum, eo faciem perfri-
cari iussit) Pallentes eaedem seu ad
viredinem vergentes, virgis quibus-
dam parallelis insignitae. Si vivus
desquametur, colorem sanguineum
fortiri, hinc χερσώπε apud Plutar-
chum, et ξανδοχρέα apud Nauficra-
tem nomina, Maffurius author est.

Mortuum versicolori quadam et nu-
merosa varietate spectari, rubescen-
tiumque squammarum multiplici mu-
tatio-

Juvenalis
in Satyra.
Plin. H. N.
l. 9. c. 18.

Oppian. l. c.

Sueton. in
Tiberio.